



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Criminantem iniustè & non probantem verberibus publicè castigandum, &  
in exilium deportandum. cci.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

serie allegare, eamque manibus vestris roboratam, synodo sacra porrigere, ut conuenienter & canonicè vobis valeat responderi. Et tunc ipsi fratres libellum conscribentes, eique sua nomina subscribentes, porrexerunt. Hincmaro episcopo, qui tunc vna cum Vveuilone Sennensi archiepiscopo, & cum Amalrico Turonensi æquè archiepiscopo, sub presentia gloriosi regis Caroli qui synodo presidebat.

*De clericorum accusatoribus, si vnum ex obiectis probare non potuerint, ad cetera non admittantur. Cap. CXCVIII.*

**I**TEM placuit, quotienscunque clericis ab accusatoribus multa crimina obiiciuntur, & vnum ex ipsis de quo prius egerint, probare non valuerint, ad cetera iam non admittantur.

*Ex cõcil. Africa- no, ca. 75*

*De episcopo aut presbytero, si causa criminalis eis reputata fuerit, quomodo se expurgare debeant. Cap. CXCIX.*

**S**I episcopo aut presbytero causa criminalis, homicidiũ, adulterium, & maleficium reputatum fuerit, in singulis Missam tractare debet, & secretam publicè dicere, & communicare, & de singulis sibi reputatis innocentem se ostendere. Quod si non fecerit, quinquennio à liminibus Ecclesiæ extraneus habeatur.

*Ex cõcil. Vorman. c. 8.*

*Ut clerici ab alienis iudicibus non constringantur. Cap. CC.*

**I**N clericorum causa huiusmodi forma seruetur, ut nequaquã eos sententia non à suo iudice dicta cõstringat. Criminantem iniuste, & non probantem, verberibus publicè castigandum, & in exilium deportandum. Cap. CCI.

*Ex decr. Adriani papæ, ca. 38.*

**Q**VVM fortius punienda sint crimina, quæ in fontibus & maximè sacratibus ordinibus ingeruntur, quã sitis culpabiles omnes, qui in causa Ioannis diaconi resedistis attendite, ut Hilarum criminatore ipsius, nulla ex definitione vestra pœna veniens castigaret. Nec illud ad excusationem vestram esse credatis idoneũ, quod vobis quasi iudicare volentibus solus frater, & cõepiscopus noster Paschasius dicitur detulisse. Nam si zelus in vobis rectitudinis viguisset, facilius vni à multis rationabiliter suaderi, quàm multi ab vno poterant sine causa differri. Quia ergo tantæ nequitie malum sine digna non debet

*Ex regu. ad Antemiu subdiaconum campan. cap. 201.*

ultione transire supra scriptum fratrem nostrum Pasche-  
fium volumus admoneri, vt eundem Hilarum prius sub  
diaconatus, quo indignus fungitur, priuet officio, atq; in  
liberibus publicè castigatum faciat, in exilium deportari  
vnius pœna multorum possit esse correctio.

*Vt si quis clericum accusauerit, & testimonijs pro-  
bare non potuerit, accusator pœnam accusa-  
ti accipiat. Cap. CCII.*

*Ex cõcil. Braggar dē. ca. 8.* **P**Lacuit, vt si quis aliquem clericorum in accusatio-  
ne fornicationis impetit, secundum præceptum Pauli  
postoli duo, vel tria testimonia requiratur ab illo. Quo-  
si nõ potuerit datis testimonijs, approbare quod dixit, et  
communicationem accusati accusator accipiat.

*Vt sicut laici clericos in secularibus in sua accusa-  
tione non recipiunt, ita nec ipsi in sacerdo-  
tum recipiantur. Cap. CCIII.*

*Ex cõcil. Aurelia nēsi, ca. 5.* **O**MNES episcopi in tertia sessione acclamauerunt  
Sanè dignū est, vt sicut sacerdotes, vel clericos in  
accusatione, vel secularibus iudicijs laici non recipiunt  
ita ipsi in sacerdotum vel clericorum accusationibus, se  
ecclesiasticis negocijs, nisi spontè collaudetur, non reci-  
pantur: quoniam inconueniens est, vt hi qui hos respiciunt  
ab his recipiantur.

*Vt testimonium laici contra clericum nemo suscipiat.  
Cap. CCIII.*

*Ex cõcil. Triburiē si, cap. 4.* **T**ESTIMONIUM laici aduersus clericum nemo  
suscipiat.  
*De ordinatis, si accusati fuerint quot testibus se excu-  
sare debuerint. Cap. CCV.*

*Ex cõcil. Carthagi nē, ca. 20.* **S**I autem presbyteri vel diaconi fuerint accusati, ad iu-  
cto sibi ex vicinis locis proprius episcopus legitimo  
mero collegarum, quos ab eodē accusati petierint, id est  
vnā secum in presbyterii nomine VI. in diaconii tribus  
ipsorum causas discutiat, eadem dierum & dilationum,  
& à communionemotionū, & discussione personarum in-  
ter accusatores, & eos qui accusantur forma seruata. Re-  
liquorum autem clericorum causas, etiam solus episcopus  
loci agnoscat & finiat.